

De

q̄ dñs nos suo sanguine de potestate dyaboli liberauit. Secundus digitus est q̄ dñs nos baptismati viuos reseruauit. Tercius est q̄ peccata nra diuissime tolerauit. Quartus est q̄ insup nobis necessitates corpis satis largiter amministrauit. Quintus digitus ē q̄ se ad hoc q̄ nos ad penitentiaz libentissime suscipiet obligauit. Et vere hec quinque diligenter considerata de iure peccatores mouere debent ad penitentiam. Cum aut̄ peccator hec quinque fideliter considerans ad penitentiam compugitur tunc eum dñs manu misericordie sue apprehendit ad salutem. Altera manus dñi est manus iusticie. Quinque vero digiti manus istius ē quintuplex consideratio circa diuinam iusticiam. Primo em̄ ratione redditori sumus coram diuina iusticia de anima et corpore nostro que ab ipso vt per hec ei seruiremus accepimus. Secundo ratione reddemus de sanguine vnguenti filii dei cui debitas vices seruituti nõ rependimus. Tercio ratio a nobis requiret de omni tpe et de vniuersis que cũ tpe de manu dñi suscepimus. Quarto rationem reddemus de omni peccato qd̄ vel cogitatione vel locutione vel opatione comissimus. Quinto ratione reddemus de omni bono ope quod poteramus fecisse et nõ fecimus. Quis hec quinque bene considerans etiã si saxeus vel ferreus fuerit nõ trepidabit. Quemcumq̄ ergo dñs hac duplici manu per spem et metũ vere apprehendens sine dubio sanabit eũ per veram penitentiam et sic sanatum dimittet in pacem ac requie sempiterna. Rogate ergo dñm vt sic nos sanare dignet̄ vt ad eternã requie pertingere mereamur. Quod nobis ̄.

Dominica decima octaua Sermo lxxii.

Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo ̄. Math. 22. Beatus Augustinus sic inquit. Da speciosissime p̄ filiis hoim vt amem te et quantum volo et quantum debeo immensus es et sine mensura deus amari. Vt ergo nos dñm diligamus hortatur nos iterum beatus Augustinus dicens. Festinate fratres ad illam patriã cuius ciues sunt angeli. Cuius templum deus. Cuius splendor filius. Cuius caritas est spiritus sanctus. Ciuitas beata. Ciuitas vbi nullus perit amicus. quo nullus admittit inimicus. si igitur tũ delectat cũ de ea loquimur quid erit videre deuz. hec ille. Vt hec videamur dicatur cuilibet nostrum. Diliges dñm ̄.

Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua. Math. 22. Quatuor sunt hic notanda. Primum est qualiter dñs diligere precipiat. Secundum est quare quilibet dñm diligere teneat. Tercium est quibus signis aliquis deũ diligere ppendatur. Quartum est que bona qui deum dilexerit assequatur. **E** De primo nota q̄ dñs diligere precipiat